



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

32. Ambitiosus: Ex D. Cypriano: Epist. z. lib. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

esse belluas, quibus non satis sit, homines pun-
gere: nisi Deorum sanguinem lambant. Hic
tamen, qui ceteris, ut nequior, ita ingeniosior
volebat videri, non nihil animalculo condo-
nandum esse censebat; rem auda culam fecisse:
ceruicem illam roseam appetisse, quis non
appeteret? inuolasse, non ut pungeret, sed
ut oscularetur. Praeclara oratio, sed nulla a-
pud iratos; edictum sic in muscas, totis ad-
ibus exterminantur: creatur inauditus antea
magistratus, muscarum praefectus, cui ex of-
ficio incumbat, totis adibus muscas expel-
lere. Quid, cum noster hypobolimæus Alex-
ander nuper se laborare fingeret ophthalmia?
bonus ille parasitus hallucinabatur ad fercula.
Alexandrinum puerum sibi poculum porri-
gentem non videbat.

Beae actum cum genere humano, sic tur-
pissimus assentator fame, & siti perisisset. Quo-
ties ructantem aut mingentem Dominum
laudauit quoties aegroti saluam linxit, quo-
ties febriculosi vomitum frustis esculentis vi-
num redolentibus, abunde profusum, spurci-
fimo ore excepit. Prauane ista: parua sunt; si
quod iter facienti accidit, commemoramus.
Ad regis latus equitabat comes indiuiduus,
cum caelo intendere se nubes, consecuta re-
pente tonitrua, & conuulsiones: tum ille, ve-
nerationis, ut videbatur, plenus, conuulsus ad
Regem: Et tu (inquit) proh magne Iupiter, sic
tonas? Ad summum constans rumor est, eum
aream destinasse, in qua templum ex manu-
bijs adulatorijs est consecraturus; *Domino, Deo-
que nostro*: & si quid amplius voluerit, Iphige-
niam habet domi, filiam vnicam, & nubilem,
cui vitas impositurus est, & ad noui Dei a-
nam immolaturus.

AMBITIOSVS.

Ex D. Cypriano, epist. 2. LL.

Descriptio XXXII.

Quos honores putas esse, quos fasces, quam
affluentiam in diuitijs? quam potentiam
in castris? in magistratu purpuræ speciem? in
Principatu licentiæ potestatem? malorum
blandientium virus occultum est, & ariden-
tis nequitiae facies quidem læta, sed calamita-
tis abstrusæ illecebrosa fallacia; instar quod-
dam veneni, vbi is lethales succos dulcedine

aspera, calliditate, fallendi, sapore medicato
poculum videtur esse, quod sumitur: vbi epo-
taueris, perniciēs haulto grassatur: quippe il-
lum vides, qui amictu clariore conspicuus ful-
gere sibi videtur in purpura, quibus hoc for-
dibus emit, ut fulgeat? quos arrogantium fa-
stus prius perculit? quas superbas fores mar-
tius saluator obfedit? quot tumentium con-
tumeliosa vestigia, in clientum cuneis antè
praecessit, ut ipsum etiam salutatam comes
postmodum pompa procederet, obnoxia non
homini, sed potestati: neque enim coli mori-
bus meruit ille, sed fasceibus: horum denique
videas exitus turpes, cum anceps temporum
palpator abfessit, cum priuati latus nudum
desertor assecla fordaui; tunc lacerata domus
plagæ conscientiam feriunt; tunc rei familia-
ris exhaustæ damna noscuntur; quibus re-
demptus fauor vulgi, & caducis atque inani-
bus votis, popularis aura quaesita est.

SUPERBVS.

Expressus ex Suetonij Caligula,
& cæteris.

Descriptio XXXIII.

Videte, si placet hominem, moriar, ni to-
tus ex fastu, atque arrogantia, & iniquis-
simo genere superbiæ conflatus est. Hic est,
qui Imperium orbis terrarum, supercilio,
ut Atlante caelum niti putat, nec iam memi-
nit, quod homo sit ex argilla, & luto fictus:
quidem, se ex altis lapsum putat, & qui in-
certos habet parentes in terris, originis suæ
principium repetit e caelo. Cernite, quo se ia-
ctat incessu? quibus nos intuetur oculis? qua
voce, si modo loquitur, omnes præ se contem-
nit. Animaduertistis, ut modò depictas, gem-
marasque indutus penulas, manuleatus, & ar-
millatus, in publicum procedat: modò serica-
tus, & cycladatus obabulet? modò in crepidis,
vel cothurnis, modò in speculatoria caliga, nõ-
nunquã soeco muliebri prodeat, plerumq; ve-
rò aurea barba fulmen tenens, ac furcinam, aut
caduceũ, Deorũ insignia, sese insolentius ostē-
ter: hic ceteros homines præ se mures, aut mus-
cas, aut culices esse arbitrat: si quis eũ leuissi-
mè pepukerit, si terigerit, si minimo verbo se
suspi-